denario convenisti mecum. tolle quod
tuum est et vade ℣ Mag. ℟ Tolle
quod tuum est et vade quia ego bo-
nus sum dicit dominus ℣ Mag.
℟ Sic erunt novissimi primi et pri-
mi novissimi. multi enim sunt voca-
ti pauci vero electi ℣ Mag. Per
horas ut supra. Sed in matutinis
℟ In principio. Feria iii. Lectio i.

Tulit ergo dñs deus ho
minem. et posuit eum in
paradiso voluptatis. ut
operaretur et custodiret il
lum. precepitque ei dicens.
Ex omni ligno paradisi come
de. de ligno autem scientie
boni et mali ne comedas. In
quocumque enim die comederis
ex eo. morte morieris. Dixit
quoque dñs deus. Non est bo
num esse hominem solum.
faciamus ei adiutorium si
milem sui. Tu autem.

Ubi est abel frater tuus
dixit do minus ad
ca— in nescio domine
numquid custos fratris mei sum
e— go. Et dixit ad e— um
quid fe— ci— sti ecce vox san
guinis fratris tui abel clamat
ad me de ter— ra ℣ Male
dictus eris super terram que ape
ruit os suum et suscepit sangui
nem fratris tui de manu tua.

[illegible] ℟. Lectio ii.

Formatis igitur dominus
deus de humo cunctis
animantibus terre et uni
versis volatilibus celi. ad
duxit ea ad adam. ut vi
deret quid vocaret ea [illegible]

12028/1
GOBIERNO DE ARAGON

omni nomen quod voca
vit adam anime viven
tis. ipsum est nomen eius.
Appellavitque adam no
minibus suis cuncta a
nimantia. et universa
volatilia celi. et omnes
bestias terre. Lectio iii.
Ade vero non invenie
batur adiutor similis
eius. Immisit ergo dominus
soporem in adam. Cumque
obdormisset. tulit unam
de costis eius. et reple
vit carnem pro ea. Et
edificavit dominus deus cos
tam quam tulerat de a
dam in mulierem. et
adduxit eam ad adam.
Dixitque adam. Hoc nunc
os ex ossibus meis. et ca
ro de carne mea. hec vo
cabitur virago. quoniam
de viro sumpta est. Quam
obrem relinquet homo
patrem suum et matrem.
et adherebit uxori sue.
et erunt duo in carne
una. Feria
iiii. Lectio i.

Erat autem uterque nudus
adam scilicet et uxor
eius. et non erubescebant.
Sed et serpens erat callidior
cunctis animantibus terre.
que fecerat dominus deus. Et
dixit ad mulierem. Cur pre
cepit vobis deus. ut non
comederetis de omni ligno
paradisi. Cui respondit mu
lier. De fructu lignorum que
sunt in paradiso vescimur.
de fructu vero ligni quod
est in medio paradisi. pre
cepit nobis deus ne come
deremus. et ne tangere
mus illud. ne forte moria
mur. Dixit autem serpens
ad mulierem. Nequaquam
morte moriemini. Scit enim
deus. quod in quocumque
die comederitis ex eo. aperi
entur oculi vestri. et eri
tis sicut dii scientes bo
num et malum. Lectio ii.
Vidit igitur mulier
quod bonum esset lig
num ad vescendum. et pulcrum
oculis. aspectuque delecta